

La morte del geniale pontefice e l'elezione del suo successore sono così ricordate negli appunti del notaro Nicolao Credi (prot. 245 A. S. C.).

« Die prima decembris 1531 sanctissimus dominus noster Leo papa decimus anno nono sui pontificatus hora septima noctis inter dominicam et Lune dies ab hac luce migravit.

Die Lune nona ejusdem mensis Decembris reuerendissimi domini sancte romane ecclesie cardinales incipierunt obsequie eiusdem domini Leonis, que quidem obsequia per nouem dies continuos durauerunt.

Die veneris vigesima septima dicti mensis decembris prefati reuerendissimi domini cardinales ad creandum pontificem conclauem intrauerunt.

Die iouis nona mensis ianuarij sequentis 1522 reuerendissimus dominus Marcus Sancte Marie in Via Lata Cardinalis..... nuncupatus annunciauit reuerendissimum in Christo patrem dominum Adrianum tituli sanctorum Joannis et Pauli presbiterum cardinalem Dertusensem nuncupatum esse per eosdem dominos Cardinales in eodem conclauis electum et creatum in summum pontificem licet absentem et ipsi reuerendissimi cardinales a prefato conclauis exierunt ».

ADRIANO VI.

9 gennaio 1522-14 settembre 1523.

Le miserande condizioni di Roma e suo territorio in sede vacante di Leone X sono più volte descritte e deplorate nei verbali del Consiglio. Il magistrato aveva da lottare contro la peste, contro la brutalità dei soldati Corsi, e contro le irrequietezze cagionate dalla lotta tra Renzo di Ceri e l'esercito dei Fiorentini e dei Sanesi.

Della peste si discusse in seduta del 22 giugno. Su proposta di Bernardino Sanguigni primo conservatore « decretum fuit quod adinueniantur confessores medici et facchini ac etiam seruitores infirmorum similiterque loca congrua ad receptaculum infirmorum et suspectorum ». (Credenz. I, tomo XXXVI, p. 122). Il seguente paragrafo del verbale 27 luglio mostra quale sorte fosse serbata ai fuggiaschi dall'infezione.

« Cum multi nobiles Romani propter epidemie malum in Vrbe uigentem ciuitatem Tiburis petiere cum eorum familia, contra quos Tiburtini ausi fuere capere arma et illos insultare alta uoce dicendo « Moriantur Romani et forenses ». Quia omnia sunt in maximum dedecus Alme Urbis et ciuium romanorum cum subditi audeant contra dominos talia gerere decretum extitit quod puniantur Tiburtini » (ivi, p. 125).

Fu in tali contingenze che si vide un greco, di nome Demetrio, percorrere le vie della città traendosi dietro un toro, che egli pretendeva avere ammansito con arti

magiche, e che condusse al Colosseo per sacrificarlo secondo il rito antico, affine di placare i demonii auversi!

I soldati Corsi, dal canto loro « tam inique et dolose uivebant quod quotidie per eos committerentur quam plurima furta, rissa, et homicidia ». Il magistrato ordinò che ogni caporione armasse cento e cinquanta ausiliari « ad uitandum rissas et scandala que quotidie fiunt in urbe » e procedette pure contro i barcaiuoli Corsi di Ripa e di Ripetta i quali avevano fatto violenza a quella Curia per liberare alcuni loro compagni carcerati (ivi, p. 116, 117). Ma la tranquillità pubblica non tornava (1) e nella seduta del 5 maggio il predetto Bernardino Sanguigni dimandava nuove rigorose misure di repressione dentro e fuori la città contro i delinquenti, qualunque fosse il loro stato sociale. Allora si alzò « D. Comes Pitiliani (et) dixit pro se et tota domo Ursinorum curaturum quod in eorum castris delinquentes non habebunt receptum et favorem. — Item D. Aschanius de Columna pro se et tota sua domo Columnensium. — Item D. Stephanus de Comitibus. — Item Confalonarius et Cancellarius Prior capita regionum, consiliarii, et alii cives » (ivi, p. 120).

Si fece pure la proposta « utrum sint missuri Oratores ad Principes Imperatorem, et Regem Francie ad rogandum eorum majestates quod sinant S. D. N. Adrianum sextum ad Urbem venire » ma fu respinta « cum credatur quod (papa) iam sit in itinere » (ivi, p. 119).

E infatti Adriano VI approdava a Ostia il giorno 28 agosto, nel colmo della peste e della malaria, e riusciva poco dopo a rimettere alquanto in ordine la cosa pubblica.

Queste brevi considerazioni valgano a spiegare perchè le notizie di scavi e di scoperte, da me raccolte per il regno di Adriano VI, sieno poche di numero, e di pochissima considerazione.

1522, 17 marzo. R. XIII AVENTINVS. Società per iscavi tra Girolamo De Rossi e Adriana Sinibaldi.

« D. Hieronimus de Rubeis cuius romanus regionis Campitelli et d. Hadriana de Sinibaldis de regione Arenule societatem inter se contraxerunt de et super lapidicina seu petraria fienda in et sub uinea eiusdem d. Adriane posita in loco dicto Monte Auentino cui ab uno latere est uinea dominorum de Santacruce ab alio uero ipsius d. Hieronimi ab alio uero publice » (Not. Alfonso Castellano, prot. 901 A. S. C.).

1522, 21 agosto. FORVM TRANSITORIVM. Francesco Cavalieri da Bergamo, avendo scalzate le fondamenta della casa Petrucci aderente alla chiesa di s. M. in Macello o degli Angeli, s'obbliga al risarcimento dei danni (vedi Bullettino com. tomo XXIX, 1891, p. 39).

« In presentia mei Notarii & magister bernardinus quondam francisci de Cavalierijs de Bergamo habitator Urbis in R^{no} montium sponte promisit magnifico viro d. Antonio de petrutijs ad presens Camere Urbis conservatori presenti per totum mensem Novembris proxime futurum eius sumptibus et expensis reparare et

(1) I briganti Paternostro e Avemaria, squartati il 15 luglio, confessarono di avere uccise cento-sedici persone.

refundare certum angulum cuiusdam domus prefati d. Antonii posite in R^{no} Campitelli iuxta ecclesiam Sancte marie dellagnili sotietatis textorum de urbe in qua Ecclesia dictus magister bernardinus lapides tiburtinos marmoreos et albanos aptos ad sculturam effodit ac omnes ruinas sive scissuras que in dicta domo nunc apparent reparare et aptare similiter eius sumptibus pro quibus obligavit et voluit renuntiavit et iuravit.

Actum in domo prefati d. antonii presentibus Iuliano quondam ser Andree de viturclano et hieronimo de coronis testibus » (Not. G. B. de Coronis, prot. 646, c. 82 in A. S.).

1522, 17 settembre. In un rogito del not. Stefano de Amannis (prot. 66, c. 138') per vendita di suolo fabbricabile in Campomarzio, si pattuisce la riserva per gli oggetti di scavo.

1522, 18 settembre. COLLEZIONE GVALDERONI. « In presentia etc. Discretus vir Dñs Savus de Perellis Ro: civis de R. montium ut procurator et legitima persona nobilis viri domini Theodori de Gualderonibus Ro: Ci: locavit discrete mulieri Dñe Elisabete de Zora hispane presenti quamdam ipsius domini Theodori domum terreneam cum sala cameris tinello et coquina stabulo et discoperto positam in R. Columne et contrada S^{ti} Mauti de urbe dicte Regionis.

Insuper prefata Dña Elisabeta constituit et vocavit se fidam et legalem depositariam infrascriptorum bonorum. Uno (1) testa de Jano Una altra testa de marmoro Un busto de Medusa.

Actum Rome in R^{no} Columne et suprascripta Domo » (Not. Bartolomeo de Rotellis, prot. 1480, c. 138 in A. S.).

1522, 9 ottobre. Pubblico il documento che segue, benchè appartenente alla storia dell'arte più che all'archeologia, nel dubbio che fra le sculture del testatore vi fossero originali antichi.

« Eximius sculptorie artis magister Antonius Helia de Comeno laicus territorij Hortanensis Mediolanensis dioecesis in Urbe commorans, pestifera contagione detentus mente tamen et intellectu sanus, volens quemdam Georgium de la Orte de la Cyma laicum dicte dioecesis etiam marmorarium sculptorem in Urbe habitantem de seruitiis et obsequiis sibi ab eodem Georgio prestitis in dicta contagione ut gratum hominem decet saltem in parte remunerare, nec non venerabilem virum dominum Franciscum Calvum laicum Comensem in Urbe commorantem infrascripta donatione in remunerationem quorundam offitorum ac vere benevolentie testimonium. que quidem officia dictus Franciscus sibi antea ut asseruit prestita sponte et titulo donationis inter vivos concessit prefato Georgio seruitori benemerito ducatos auri de Camera quadringentos.

Item magister Antonius donavit et concessit prefato domino Georgio omnes statuas ex ere, marmore, et cera confectas quas ipse donator in Urbe in diuersis locis se habere asseruit.

Item omnes suos circulos sive compassus et omnia alia instrumenta ex quacumque materia facta ad artis sculptorie exercitium in Urbe existentia.

(1) Dice uno perchè, prima di testa, era scritto *capo*.

Item prefatus magister Antonius ex causa premissa concessit prefato domino Francisco Calvo in signum vere benevolentie unam statuam Apolinis ex cera confectam in bancho heredum quondam Augustini Chisij existentem.

Acta fuerunt hec Rome prope et ante domum habitationem eiusdem magistri Antonij donatoris in platea siue strata Retrobanchos vulgo nuncupata de regione Pontis sub die etc Presentibus... Ugone de Carpis sculptore lignario... Ego Antonius Rogier clericus Cameracensis not. » (A. S. C. prot. 900).

La peste, cui accenna il primo paragrafo del documento, fu quella terribile del ventidue. Nel prot. 1329 di Ponziano de' Ponziani a c. 761 si descrive l'esposizione dell'immagine della B. V. sull'altar maggiore della chiesa di s. M. in portico « ob pestem in urbe vigentem ».

1522, 21 novembre. FORVM TRAIANI. Scavi per la fondazione della « tribuna ecclesie s. Marie de loreto in r.º Montium » (Not. Stefano de Amannis, prot. 66, c. 150'). Vedi le osservazioni, ad a. 1507, p. 143 e ad a. 1521, p. 207.

VIA TRIVMPHALIS — VIA CORNELIA. Nel cod. barber. XLVIII, 112, in principio, si parla della villa di Lutio Rustio Sacerdote « con un vago palazzo ove è hora il giardino pontificio, nel quale sono di presente alcuni epitafij e pili de' Gentili, non altronde qua trasportati ma quivi ne tempi di Leon X, Pio IV e d'altri ritrovati ». Fra questi sepolti lungo la via Trionfale il cod. nomina « Aurelio Marcellino, Tito Settimio, Tettieno Felice augustale, Marco Camurio, Ulpio Egnatio, Parlio Cissio, Sempronio Talusia, Flavia Salutare, Aurelia figlia di Lutio, Reginia Tituleta, e moltissimi altri i cui epitafij registrati parte ho appresso di me, parte sono nell'Archivio di s. Pietro... avanzando il centinaio, i quali tutti epitafij in marmo et in pili sono stati trouati in questa parte del Vaticano ».

1523... marzo. ARCVS NOVVS AD S. MARIAE IN VIA LATA. Domenico Vecchi e Ippolita de Carrariis (?) fanno distruggere gli ultimi avanzi dell'Arcus Novus dei Cataloghi regionari.

« Indictione X.^{ma} mensis martij die mercurij 1522 (corr. 1523) tempore R.^{mi} in Christo patris et dñj Hadriani titulj sanctor: Iohannis et Pauli Presbiteri Cardinalis dertusensis In summum Romanum Pontificem elati anno primo. In presentia mei notarij Cum hoc fuerit et sit prout infrascripte partes asseruerunt quod inter domum quam in tertiam generationem quondam georgeus musa aromatarius romanus habebat a cappellano Cappelle seu altaris sanctorum Andree et Nicolaj site in Ecclesia sancte marie in Vialata de Urbe et domum Dominici qd. Cole Vecchij imbastarij Regionis trivij quam detinet In locationem ab ecclesia sancti marcellj sitam in conspectu dicte ecclesie sancte marie In via lata extet quidam paries communis super certum pilastrum antiquum lapidum tiburtinorum fundatus et erectus est Et velint et Intendant dñs Dominicus et dña Hipolita auia materna ac tutrix et administratrix filiorum predicti qd. georgij musa dictos lapides in dicto pilastrum existentes extrahi facere animo cum eis aliquod lucrum faciendi sponte & conueniunt cum discreto viro magistro Andrea qd. Iohannis de fontana architectore mediolanensi qui dictos lapides extrahere promisit modo et forma ac cum pactis infrascriptis vi-

delicet Quod prenominati Dominicus et dña Hipolita tutrix et administratrix predictorum sponte concesserunt eidem magistro Andree presenti licentiam dictos lapides, exinde usque quo dicti lapides etiam usque ad Centrum terre durabunt, extrahendi cum pactis et conventionibus infrascriptis videl. quod ipse magister Andreas teneatur prout sponte promisit et convenit eisdem Dominico et dñe Hipolite presentibus dictum parietem et murum super dictum pilastrum et lapides tiburtinos existentem ac de eo talem curam habere quod aliquo modo non ruat aut movimentum aliquod patiat Et ultra dictos lapides extrahere donec lapides grossi reperientur omnibus et singulis eiusdem magistri Andree sumptibus et expensis Et quod omnes lapides minuti et apti ad murandum qui in dicta cava et extractione lapidum fienda reperientur sint et esse debeant eiusdem magistri Nicolaj Et omnes lapides grossi tam tiburtinj quam marmorej quam etiam cuiuscunque alterius generis qui reperientur extrahantur sumptibus dicti magistri Andree Et dicti lapides sic extracti Inter eosdem Dominicum et dñam Hipolitam auam maternam tutricem et administratricem predictorum communiter dividantur videl. quod una pars dictor. lapidum sic extractorum sit et esse debeat eiusdem magri Andree et alia medietas sit et esse debeat ipsorum Dominici et filiorum et heredum quondam georgij et dicte dñe Hipolite eorum avie materne tutricis et administratricis predictorum Et hoc intelligatur de dictis pilastris et aliis lapidibus subtus dictum parietem communem existentibus. Et dicta cava fiat et lapides extrahi debeant a latere domus ipsius Dominici quia sic actum. Et si in effodiendo reperientur alique figure seu statue marmoree aut alii lapides cum figuris fogliaminibus et alijs similibus quod sint ipsorum heredum et Dominicj et eorum expensis extrahantur quos Idem m̄gr Andreas extrahere promisit satisfacto eidem de convenienti mercede dicte extractionis. Item quod omnia fragmenta apta ad conficiendum calcem que in dicta cava reperientur sint et extrahantur expensis ipsius magri Andree Item quod si reperientur plumbum aut alterius generis metalla quod sint et extrahantur expensis eorumdem Dominicj et heredum Et hoc de existentibus subtus dictum parietem tantum de alijs vero tam lapidibus grossis quam alijs reperiendis extra et non tangendo dictum parietem et subtus illum extrahantur expensis ipsius magistri Andree et medietas sit ipsius magistri Andree Et altera medietas sit domini domus in qua dicti tales lapides reperientur Et casu quo effodiendo reperientur alique figure vel pile aut alijs alij lapides figurati seu fogliati et similes qui seu que in aliqua suj parte sint subtus dictum parietem extendende etiam per directum usque ad Centrum terre quod similiter eorum communibus expensis extrahantur et Inter eosdem dñam Hipolitam prefatam et Dominicum communiter dividantur Et dictam cavam et extractionem dictus magister Andreas Incipere debeat prout promisit hinc et per totam futuram hebdomadam pro continuo dictam cavam et extractionem lapidum prosequi usque quo perdurabunt lapides extrahendi etiam qui in profundum fuerint. Actum Rome In Regione Trivij et in Sala domus proprie habitationis predicti qd. georgij et nunc dictorum suorum filiorum presentibus Jacobo qd. Angeli de marchesis et magistro Georgio orobio mediolanensi Romano cive Regionis colonne testibus ad predicta (Not. Ponziano Ponziani, prot. 1329, c. 710 A. S.).

All'esito di questi lavori pare che accenni il Fulvio ed. Ferrucci, p. 115 « vicino à santa Maria in via Lata (fu l'arco) rovinato da Innocentio ottavo per rifare la detta

chiesa à quella vicina: del quale poco fa noi havemo veduto disotterrare alcuni marmi con trofei barbari ».

Questo « Magister Andreas qd. Johannis de fontana architector mediolanensis » parmi esser quello stesso M^o Andrea de fontanis de Plana del comitato milanese, console dell' « Ars architectorum alme urbis » nell'anno 1520, la cui figliuola Bernardina andava in isposa, l'anno seguente, a maestro Antonio Regazzone comasco. (Vedi Bertolotti, Artisti Lombardi, I, 289, 290, 316).

Madonna Ippolita è forse ricordata nel testamento di Perino Gennari da Caravaggio come tutrice dei cinque suoi figliuoli (Antonio de Carrariis, e quattro sorelle) chiamati eredi dal testatore.

1523, 7 febbraio. R. II? « Cum sit quod frates monasterii sancti Gregorij locaverint domino Franciso Thomasii civi senensi nonnulla vineas et loca ad fodendum puteolanam et lapides ad certum tunc expressum et nondum finitum tempus... et non possit nec velit idem Franciscus locationem predictam ulterius continuare, hinc est quod dictus Franciscus refutavit locationem et ius fodiendi » (Not. Ludov. Damboys, Script. archiv., tom. 276 in A. S. C.).

1523, 26 marzo. COLLEZIONI CAPITOLINE. Nel mezzo di tante sciagure, il Consiglio è consultato « super libreria fienda p virū Nobilem Dnūm Euangelistā de Magdalenis Lectorē Palatii ». Si decide « q Dnūs euāgelista faciat et facere debeat Librariam ī māsonibz seu locis existētibz sup lovio palatij et illius archivio » (Decretor. po. ro. Credez. I, tomo XV, c. 109).

1523. 29 luglio. AMPHITEATRVM. — HORTIVARIANI. — VIA APPIA. Adriano VI fiammingo concede licenza a Maria Maddalena Brugmans da Brema, e suoi socii « effodiendi in Coliseo, et prope Eccliam S. Crucis in Hierusalem ac in quadam via publica qua itur a Sancto Sixto ad sanctum Sebastianum... sine alicuius etiam edificiorum publicorum preiudicio vel deterioratione ». Le lettere patenti per ciò rilasciate dal card. Armellino intimano ai maestri delle strade di non opporre ostacoli ai concessionarii, per quanto concerne lo scavo sull'Appia — ed ai monaci di s. Croce per quello del Sessorio — pena la scomunica e mille ducati di multa. La Camera si riserva la metà degli oggetti di scavo da rinvenirsi in suolo pubblico, il terzo di quelli da rinvenirsi in suolo privato (Arch. vat. Divers. tomo LXXIII, c. 103).

1523, 14 settembre. Muore Adriano VI, e fu deposto in Vaticano, nello spazio che separava gli avelli di Pio II e Pio III, la qual cosa die' luogo alla mordace, ma ingiusta, satira « hic iacet impius inter pios ». Il mausoleo a lui eretto nella chiesa dell'Anima è disegno di Baldassarre, e opera di Michelangelo da Siena, e di Nicola Tribolo fiorentino. Una carta del not. Apocello (prot. 419, c. 119 A. S.) ricorda la donazione fatta dal card. Enckenvoort all'Istituto Teutonico della propria casa al Pozzo Bianco: « hanc autem donationem idem R^{mns} Cardinalis fecit pro dote Cappelle bo. me. Adriani PP. VI ».